



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 53. Conventus Francofordiæ indictus ad sedandos hosce tumultus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI  
A.C. 1583 bant, verum incolæ Lintziensibus foederati sese Gebhardi insultibus opponunt, frustra adversus eos cum validis copiis emisso Butrico.

## §. LIII.

*Conventus Francofordiæ indictus ad sedandos hosce tumultus.*

*Spond. n. 7.* Interea tumultibus indies magis, magisque invalescentibus, innumera pene loca flammis, ac ruinis fuere æquata: quapropter Imperator, qui Colonienfes hosce tumultus sedare exoptabat, Francofordiæ ad Menum Imperii comitia habuit, quibus Moguntini, Trevirensis, Palatini, Saxonis, & Brandeburgici Electorum Deputati intererant: insuper suo nomine Ernestus de Bavaria novus Colonienfis Elector Salentinum Hemburgium, Gropperum, Glaferum, aliosque eo ablegabat: in prima igitur Sessione die decimo Octobris habita Gebhardi Fautores petebant, ut præprimis ipse pristinae dignitati suæ restitueretur, tum vero se Cæsaris, atque Electorum iudicio submittere vellent. Verum Ernesti Oratores has conditiones acceptare renuunt, suisque mandatis sibi interdictum dicunt, ne cum Gebhardo actionem ullam instituant, cum hic jure, & facto



& facto magistratu submotus, eoque omnino indignus pronuntiatus esset.

Sæcul. XVI.  
A C. 1584.

Ferventibus interim hisce altercationibus a Trevirensis, Saxonis, & Brandenburgici Septemvirorum Legatis via media inventa est, qua utrique parti satisfaceret: proponebant enim, ut Gebhardus depositis armis dignitatem Ernesto Bavaro cederet & pensionem honestam, qua se, suosque aleret, ex vectigalibus Diæcesis annuam ab eodem acciperet: de conditionibus his ad Gebhardum se relatueros cum Truchesiani respondissent, totum negotium intermittebatur, eo quod hanc viam Gebhardus respueret, & non aliter paci consentiret, nisi inita conditione hac, vi cuius Ernestus Archiepiscopi titulum retineret, unacum oppidis, quæ tunc habebat, ipse vero Elector permaneret: ideo bellum continuato furore protrahebatur, Cæsarque Ernesto Regalium diploma trans mittebat.

Hæc dum interim agebantur, Casimirus intellecta Ludovici Palatini Septemviri fratris sui morte statim scriptum promulgabat, quo necessitatem domum redeundi sibi impositam ostendebat, numeratisque militi aliquot mensium stipendiis protinus se in viam dabat, acceleratoque itinere decima quarta Octobris Heidelbergam

G 5

venit,



Sæcul. XVI venit, ut Friderici Nepotis sui nonnisi  
A C. 1583. novem annorum pueri tutelam in se  
 fusciperet.

§. LIV.

*Infaustus exitus Gebhardi olim Ar-  
 chiepiscopi.*

*Spond. hoc  
 ann. n. 8.  
 Sanmarth.  
 de Archiep.  
 fol.*

Hujus Principis discessu Gebhardi  
 Truchsesii factio penitus dissipaba-  
 tur, hacque opportunitate usus Arem-  
 bergius Comes Bonnonensem Urbem,  
 unicum perfidi hujus Apostatæ præsi-  
 dium, arctius cingere cæperat, & quam-  
 vis hic aliquamdiu resistere moliretur,  
 tandem capta urbe in Belgium auffu-  
 gere compellitur ad Arausionensem  
 Principem, sub cujus vexillis anno  
 Christi millesimo quingentesimo octoge-  
 simo sexto suas copias in aciem eduxit,  
 atque anno sequenti Bonnam recupe-  
 ravit, quam itamen Urbem rursus anno  
 Domini millesimo quingentesimo octo-  
 gesimo octavo, Rhimbergum vero anno  
 sequenti amisit, quapropter unacum  
 pellice sua ad rus concedere coactus ibi-  
 dem reliquos vitæ suæ dies tanquam  
 ignobilis homo inter assidui tædii mi-  
 ferias lanquescens traducebat, donec  
 tandem anno millesimo sexcentesimo  
 primo infelicem animam suam exhal-  
 laret.

§. LV.